

demo. 1. ab 6. fit 5. diuido per 1. quod est argumentum exit 5. addo. 1. fiunt .1.2.3.4.5.6. 6. termini: exemplum in Decimo modo demo. 3. ex. 15. fit 12. diuido per augmentum quod est 3. fit 4. addo. 1. fiunt. 5. termini.

2 Ex hoc patet conuersum videlicet, si à numero terminorum dematur vnitas, & residuum ducatur in differentiam siue augmentum, & ei addideris minorem terminum cognosces maiorem, veluti in Exemplo termini erant 5. auctio per 3. demo. 1. a. 5. fit 4. duco .3.6.9.12.15. in 3. fit 12. addo minorem terminum fit 15. maior terminus.

3 Pro Octauo & Vndecimo modo cum uolueris scire an termini sint pares vel impares, deduc primum ab ultimo, & residuum diuide per dimidium augmentorum, si nihil superest sunt impares, si aliquod pares: exemplū dempsi 3. ex 17. in Vndecimo modo & fit 14. differentia autē erant 2. & 5. quæ simul aggregatæ faciunt 7. cuius dimidium est 3. $\frac{1}{2}$ diuiso igitur 14. per 3. $\frac{1}{2}$ exit 4. & nihil superest: igitur termini sunt quamquam idem esset si duplaret 14. fit 28. diuide per 7. nihil superest: igitur termini sunt impares, si autem aliquod super esset essent pares, vt in octauo modo demo 1. à 15. fit 14. aggregatum differentiarum est 6. duplo 14. fit 18. diuido per 6. supersunt 4. igitur termini sunt pares. 2.

4 Ex hac habetur numerus terminorum habito primo, & ultimo & progressionem, vide si termini sint impares per Tertiam regulam exime Primum ab ultimo, & residuum dupla, & diuide per aggregatum differentia, exeunti adde. 1. quod fit est numerus terminorum, veluti in vndecimo 3. ex 17. fit 14. quia termini sunt impares ex tertia regula, duplo igitur 14. fit 28. diuido per aggregatum differentiarum quod est 7. exit 4. addo vnitatem fiunt 5. termini. Si verò termini per Tertiam inueniuntur pares exime primam differentiam ab ultimo termino habebis penultimam & terminos impares, quare per hanc regulam numerum terminorum, quibus, vnitatem addita consurgunt omnes termini, veluti exemplum in octauo modo eximo Primam differentiam ab ultimo fit 13. terminus penultimus, quare per præcedentem termini sunt quinque, igitur addito ultimo, fiunt termini sex.

5 Ex hac habetur per numerum terminorum, & differentiam, & Primum terminum, vltimus terminus: quod sic apparet: si fuerint impares, detrahe vnitatem: & reliquum duc in dimidium differentiarum, & exeunti addatur Terminus primus & conflabitur vltimus: in pari verò deductâ primâ differentiam operaberis vt supra: vltimo inuento penultimo termino, addes differentiam secundi ad primum terminum, & conflabitur vltimus terminus, exemplum patet regula quartæ vel breuius loco primi ter-

mini & differentia addes Secundum terminum, & loco de 1. & 1. exime 2. & sic in impari detrahe 1, & adde primum terminum, at in pari detrahe 2. & adde secundum terminum exemplum in vndecimo deduco 1. à 5. fit 4. dimidium differentiarum est 3. $\frac{1}{2}$ duc in 4. fit 14. addo primum terminum fit vltimus 17. in octauo autem modo termini sunt 6. eximo 2. fiunt 4. duco in dimidium 1.3.7.9.13.15. differentiarum quod est 3. fit 12. addo Secundum terminum fit 15. pro vltimo termino.

6 Pro Nono & decimo modo demetur vnitas à numero terminorum, & disce differentiam auctorialem maximam cui adde minorem differentiam & dimidia, & duc in residuum terminorum demptâ vnitatem, & consurget vltimus terminus addito primo exemplum in nono modo differentia maxima est 5. addo minimam quæ est 1. fit 6. dimidium est 3. numerus terminus est 6. deduc 1. fit 5. duc in 3. fit 15. addo primum terminum fit 16. vltimus quare similiter in duodecimo minor differentia est 1. maior 4. adde fiunt 5. dimidium 2. $\frac{1}{2}$ duc in 4. 3. 4. 6. 9. 13. qui est numerus terminorum vnitatem demptâ fit 10. addo 3. primum terminum fit 13.

7 In hoc modo vltima differentia inuenitur demptâ vnitatem à numero terminorum, & cognita primâ differentia per primum modum sciatur vltima, nam differentia illæ sunt vel ex septimo, vel decimo modo: quare per primam & secundam regulam operaberis.

8 Per hoc patet conuersum sextæ regulæ, nam habitis proprio & ultimo termino, & modo progressionis: facile erit inuenire terminorum numerum, nam deduces primum terminum ab ultimo, & residuum si diuiseris per dimidium differentiarum primæ ac vltimæ exhibit numerus terminorum dempto vno, aut si diuiseris per numerum terminorum dempto vno, exhibit dimidium differentiarum, quo duplicato si ab eo dempseris primam differentiam, fiet vltima exemplo non indignes in tam clara re.

9 In hoc etiam inuenies maximam differentiam alio modo, subtrahe minorem terminum de maiore, residuum est aggregatum differentiarum, & prima differentia est primus terminus talis progressionis, & prima differentia est additio talis progressionis: igitur per primam regulam scies maximam differentiam.

10 At si vltimus terminus non sit notus, sed tantum numerus terminorum, scies differentiam per primam sub ductâ vnitatem vt dixi, exemplum termini fiat, sex auctio sit per vnitatem igitur termini sunt quinque aucti per vnitatem, quare per primam notus est maximus terminus, & hic est maxima differentia.

11 Ex his habetur summa omnium terminorum in omni modo, adde in septimo & decimo modo minorem terminum maiori,